



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Opera S. Matris Teresae De Iesu Carmelitarum Discalceatorum et Discalceatarum Fundatricis

In duas partes distincta

**Teresa <de Jesús>**

**Coloniae Agrippinae, Anno MDCXXVI [erschienen] M.DC.XXVII.**

Cap. II. Agit de adue[n]tu Patris generalis in Abula[m], & quid illius  
adue[n]tu co[n]tigerit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37974**

Ego verò tot animarum pereuntium iacturam ita miserata sum, vix  
 ipsa vix possem retinere: vnde intra eremitorium quoddam me abbas  
 ibique multis cum lacrymis ad Dominum clamaui, cum rogans mihi  
 medium suggereret, vt vel vnā animam ad illius obsequium possem  
 traducere, cum cacodemon tam multa ad se traheret millia, vti  
 que orationes meæ aliquid hac in parte efficerent, quòd amplius  
 quid præstaret non valerem. Vnde & maximè opere inuidebam ijs, qui  
 Dei amore huic rei totos se poterant impendere, etiam si mille mor-  
 tificos subire oporteret. Hinc dum in vitis Sanctorum lego, illos an-  
 mas Deo lucrificasse, maiorem erga illos amorem & tenerrimam  
 concipio, magisque hoc illis inuideo quam omnia qua passi sunt me-  
 tyria: hanc namque inclinationem mihi Dominus dedit; quòd vnam plu-  
 ris eum facere putem animam, quam nostris orationibus, mediis  
 eius misericordia, lucrificamus, quam quæcumque ei impendere pos-  
 mus obsequia. Ergo in gentem hanc penam identidem in me sentiam,  
 ac quadam nocte in oratione agenti, apparuit mihi Dominus eo mo-  
 do quo solet, magnumque amorem præferens, tamquam si me conuol-  
 uerit, mihi ait: *Paulisper exspecta filia, & magna videbis.* Verba hæc in cor-  
 di meo impressa mansere, nulla vt ratione ea è cogitatione possem  
 uellere; & quamuis colligere & æternere non possem, (quantumlibet  
 apud me de hoc cogitarem) quidnam hoc futurum esset, nec etiam viderem  
 vnde nam hoc possem imaginatione consequi; nihilominus non  
 vulgarem in me consolationem senti, simulq; spem quam maximam  
 concepi, verba hæc effectum certissimo habitura: at, quo id modo fieri  
 posset, numquam mihi in mentem aut imaginationem venit. melius  
 ergo annus interim (quantum mihi videtur) elapsus est, ac deinde  
 quod modo referam contigit.

## CAPVT II.

PATER NOSTER GENERALIS ABVLAM VENIT; QUID  
 illius aduentu contigerit.

Generales nostri Romæ semper resident, & nunquam eorum vili-  
 do illuc profectioem instituere: verum, quia ad ea quæ Deus fieri  
 nihil impossibile est, hinc Maiestas illius statuit & esse cit, vt, quod  
 tenus factum non erat, iam fieret. Equidem cum primum de eius ad-  
 uentu cognoui, non nihil turbata & commota fuisse video, eò quod  
 (vti in S. Iosephi monasterii fundatione dixisse memini) conuol-  
 uerit, ob causam quam ibi dixi, fratribus subiectus non erat, quare  
 duo timebam: primum, ne mihi succenseret; nam quòd nesciret, quo  
 modo res contigisset, merito id facturum videbatur: alterum, ne me  
 m-

*Dominus  
 mira illam  
 visuram  
 spondet ei  
 apparendo.*

*Generalis  
 Carmelita-  
 rum in Hi-  
 spaniam  
 venit.  
 Quid in il-  
 lius aduentu  
 S. M. time-  
 ret.*



monasterium. Incarnationis, in quo regula mitigata & laxata seruabatur, redire iuberet: quod me variis ob causas, quas hic referre necesse non est, non mediocriter afflixisset. Vna hec plusquam satis erat, quod illo in conuentu primi genæ regulæ rigorem seruare non potuissem, cum quod plusquam centum quinquaginta ibi moniales essent, cum, ubi pauciores numero sunt, maior habeatur conformitas & quies;

Ac melius quam putabat, Dominus rem disposuit: Generalis enim, cum insignis Dei esset famulus, ac discretione ac scientia præstans, opus bonum esse vidit, nullamque mihi de cetero indignationem aut animi alienationem ostendit. Nomen illi F. Ioannes Baptista Rubeus Rauenas, vir admodum illustris in Ordine, & iudicio pollens. Hic cum Abulam venisset, dedi operam vt S. Iosephi domum inuiseret Episcopus portore nostra fore putauit, vt eisdem illum beneuolentiæ & amoris signis recipere, quibus ipsummet Equidem ei magna cum veritate, candore & claritate omnia aperui, ac singulorū rationem dedi: sic namque prout naturalis mea inclinatio est, cum Prælati tractate gaudeo, eueniat quodcumque demum euenire potest, cum ipsi Dei sint vicarij, nec non cum Confessarijs. Id nisi sic facerem, anima mea secura non fore videbatur. Quare tam huius, quam penè totius vitæ meæ, tamen ea satis improba sit, ei ratione dedi. Ipse verò me non parum est solatus, certamque me reddidit fore, vt me inde digredi non iuberet. Quin & ipse à parte sua non parū gauisus est, nostrū viuendi modū, nec non exemplar quoddam (sæcū imperfectū) primæui in Ordine nostro seruari soliti vigoris vidit, tū quod prima regula, ad litterā, in summo rigore, hic seruaretur, eoque in nullo per vniversum Ordine cōuentu ea seruabatur. Quod autē tunc hoc principium longius se diffundere & crescere desideraret, amplissimas mihi dedit litteras, quibus potestatem mihi fecit plura ad eandem locum & exemplū monasteria erigendi, additis insuper celsuris & penis aduersus Provinciales, qui mihi obstare & impedimento esse vellēt. Has vero ego ab ipso non petij; verū ipse è meo orādi modo satis intellexit, ac de illa illa mea desideria alio non spectare, q̄ vt adminiculū & instrumētū esse posse vt aliqua anima ad Deū propius accederet, ac conuerteretur. Hæc poro media ipsa minimè procurabam, quin imò vesania & stoliditas id mihi videbatur; quod tā imbecillè, & tā paucarū viriū atq; ego erā, multo alā nihil hic posse intelligere. At quando huiusmodi desideria animā occupant, nō est in illius manu illa à se repellere aut auertere: sed, quod ipsa Deo & fidei, quam in ipsum habet, satisfacere gestiat, hinc Maiestas illius ei reddidit possibile id, quod, si humanam rationem intueamur, possibile non est. Itaque insignem R. P. nostri Generalis propositionem & voluntatem, vt plura huius regulæ monasteria erigerentur, vi-

*illi rationē  
retū gesta-  
rum reddidit  
sincere &  
aperte.*

*Accipit ab  
eopoteitas  
plura mo-  
nasteria erigendi.*

S.  
TERESIA

para

N. VII  
156



tur, videns, illa iam tum erecta videre videbar: & verborum, quæ mihi Dominus antea dixerat, memor, iam tum aliquod initium videbam eius quod antea quomodo effectum mandaretur, intelligere poteram.

Videns vero, P. Generalem Romam reuersionem parare, meo mediocriter contristata fui, quòd singulari eum amore prosequere, pro de me omni spe & adiumento, per illius discessum, destitua eadem debam quam ipse mihi summam ac singularem, uti & permagnam fidem ostendit. Quoties verò ei per occupationes integrum erat, ad nos curabat de spiritualibus rebus nobiscum acturus, utpote cui hoc in genere magnas Dominus gratias conferre debebat; de his verò eum agere audire mirifica nobis consolationi erat. Antequam autem abiret, Aluensis Episcopus Aluarus Mendosius, pro singulari suo erga omnes, pro Deo maiore cum perfectione seruire velle videt, studio eum rogauit, ut daret, ad in sua diocesi aliquot cõuentus Fratrum Discalceatorum primam regulam seruantiũ fundandos, quod & alij, dein ab ipso petierunt. Ipse quidem Generalis ab hoc alienus non erat, sed quòd aliquam partem in Ordine vnũuerso repugnantiam sentiret, hinc, ne promoueretur, in præsens quidem concedere noluit.

Paucis post diebus, cum mecum ipsa perpenderem, quàm necesse rium esset, ut, cum Monialium monasteria & congregationes erigerentur, etiam virorum eamdem Regulam seruantiũ fundarentur, viderem illos tam paucos isthac in prouincia esse, ut iam defecturi & paulatim erituri esse viderentur; re per orationem Deo intensius commendata, Patrem N. Generalem scripsi, eum quàm potui demissimè remissè rogans; simul & causas, ob quas è Dei obsequio illud futurum esse debam proponens; & incommoda, quæ inde sequi poterant, tanta esse asserens, ut opus tam bonum ac salutare propterea intermitteretur; denique in mentem ei reuocans, quàm id esset honorem Beati- tate Virginis Matris, cuius ipse per studiosus erat, promoturum, haud dubiè Virgo rem omnem optatum ad exitum perduxit: etiam cum ei Valentis agenti litteræ meæ traditæ essent, inde mihi per stolam potestatem fecit, duo monasteria viris fundandi, utpote maiorem Ordinis religionem ac bonum desiderabat, ac, ne qua traditio ac difficultas oriretur, rem omnem tum Prouincialis, quæ id munus obibat, tum eius qui eo nuperrimè defunctus esset, arripuit: quod sanè arduum erat & ad obtinendum difficile. Atque quod erat grauissimum, ex voto confectum vidi, spem concepti, Deum quæ reliqua erant, effecturum. Itaque etiam factum est, ut Episcopo, qui negotium hoc plane, ut suum, cordi habebat, adiuu-

*Conuentus  
pro fratri-  
bus discal-  
ceatorum erig-  
dum facul-  
tas paratur:  
sed modo  
negatur.*

*s. 24. pro ijs-  
de ad Gene-  
rali scribit.*



ambo tandem assensum præbuerunt. Etsi verò ex hac accepta facultate misericordiam in animo consolationem sentirem, mea tamen anxietas & sollicitudo magis caput increſcere, quòd nullum ex omnibus totius Provinciae fratribus, quos quidè ipsa noſsem, inuenirem, qui, vt ad nouum hanc rigorem à mitiore transiret regula, animam vellet adicere, nullum enim hęcularium, qui tali operi principium dare stacueret. Vnde assiduo Dominum rogabam, vt vel vnum hominem, ad hoc opus inchoandũ, excoſaret. Non habebam adhuc domum, nec vndenam haberem sciebam. Ecce tibi ergo pauperculã Monialem, Discalceatam, omni humana ope destitutam, sed solus Dei auxilio nixam, litteris sui Generalis & bonis desiderijs tantum instructam, eadem tamen executioni mandata procius impotentem: nec tamen me vel animus vel spes deficiebant; sperabam namque, Dominum, cum dedisset vnum, daturum & alterum vnde iam possibilia admodum videbantur; quare eadem opere exequi incepi.

*Eius fiducia in Deum.*

Quomodo, ò diuina magnitudo, potentiam tuam ostendis, dum firmiciale cuidam audaciam inſpigeris! quomodo, ò Deus meus, per te non ſtar, quo minus magna & heroica opera parent ij qui te amant, sed per nostram inertiam & pusillanimitatem, quòd nimirum firmam solidamque resolutionem non faciamus, sed identidem mille timoribus tæremus, & humana prudentia nimium nitamur; atque inde est, Deus meas, quòd mirabilia & magnalia tua minimè opereris. Quis enim magis dare gaudet, quam tu, si esset qui vellet accipere; quis seruitia & obsequia ita suo sumptu admittit? Der Maiestas tua, aliquod ipsa tibi vnam operam præstiterim, & non adhuc plus tibi debeam pro innumeris quæ à te accipi, beneficijs.

CAPVT III.

QVIBVS, DE MONASTRIO S. IOSEPHI METINÆ

*Campi fundando modis agi captum sit.*

Quin ergo lus in anxietatibus & curis agerem, venit mihi in mentem Patrum Societatis Iesu opera vtj. Erant hi Metinæ Campi ciuibus per quæ accepti & grati, ipsiq; ego (vti in primi monasterij fundatione scripsisse memini) ad multos annos animæ meæ statũ & negotia creditæ, & quoniã hæc multũ per eos boni acceperat, hinc particulari quodærgo ipsos amore & affectu semper fui. Ergo Collegij Metinensis Rectori perſcripti, quid P.N. Generalis mihi mandasset. Rector hic erat is quo ad multos annos confessario vsa erã (vti aliã dictũ) esto eũ non nominari: nomen ei est Baltazar Aluarez, qui modò Provincialẽ agit. Is ergo, & reliqui Socij dixerẽ, facturos se hac in re quodcumque possent, & certè non segniter in eam incubuere; ad rum à populo, tam

*S. Matris Teresæ Opera.*

Sl

à Præ-

S.  
TERESIA

PERA  
N. VI  
106